

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Apologia Socratis

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

SOC. Hac itaque amico referas tuo. PHAED. Tu vero quid facies? neque enim amicus tuus praetermittendus. SOC. Quis iste? PHAED. Isocratem probum, inquam. Quid illi nunciabis? o Socrates. Quem esse dicemus? SOC. Iuuenis adhuc Isocrates est, o Phaedre. Quid autem de illo praesagiam, non praeteribo. PHAED. Quidnam? SOC. Videtur mihi praestantiori ingenio esse, quam Lysiam sua scripta demonstrant. Praeterea moribus generosioribus praeditus. Quamobrem nihil mirum putarim, si crescentibus annis in arte dicendi cui nunc incumbit, magis quam viri pueris, omnibus qui eloquentiae unquam se tradiderunt, excellat, atque his etiam studijs non contentus, ad maiora diuiniore quodam instinctu feratur. Inest enim, o amice, ex ipsa natura philosophia quadam illius ingenio. Hac ergo ab is dijs accepta, Isocrati mihi dilectissimo nuncio. Tu illa Lysia tibi charissimo. PHAED. Ita fiet. Sed abeamus hinc cum aetna nonnihil iam efferbuerit. SOC. Vota prius his facienda sunt quam abeamus. PHAED. Quidni? SOC. O amice Pan, & alij omnes, qui locum hunc colitis dij, date mihi vt pulcher intus efficiar: & quacunq; extrinsecus habeo, intrinsecus sint amica. Diuitem autem sapientem solum existimem. Tantum vero mihi sit auri, quantum nec ferre, nec ducere queat alijs, nisi vir temperans. Nunquid aliud orandum censes? o Phaedre, mihi enim satis est precatum. PHAED. Mihi quoque eadem opta. Amicorum enim communia omnia. SOC. Abeamus.

APOLOGIA
SOCRATIS.

MARSILII FICINI
ARGUMENT.



NTIQVI gentium Theologi in tres diuisi sunt sectas. Alij quidem demonibus solum sacrificabant, dissidentes vt arbitror, vota hominum ad caelestia peruenire. Alij vero caelestia quoque colebant, putantes illa non viuere solum atque intelligere, sed etiam radijs suis circumspicere cuncta atque audire, ideoq; tam sacrificiorum ritus ab eis prospici, quam supplicum laudes precesq; exaudiri: veruntamen animorum in corporibus his viuentium vota, ad deos illos, qui nullum cum corporibus commercio habent, peruenire non posse. Alij denique hos ipsos deos in primis venerabantur, iudicantes a summis rerum causis effectus omnes etiam humanos tam cognitione, quam virtute perfectissime contineri. Deos vero vocabant tum visibiles, id est caelestes, tum invisibiles, id est, super caelestes, quos nostri vocant angelos, & ipsi deos, quasi proximos summi Dei contemplatores atque ministros. Praeterea triplicem hi prouidentiam esse putant. Vniuersalem quidem in Deo, per quam omnibus omnia prospiciat atque praebeat. Minus vero in dijs vniuersalem, per quam omnibus quidem consulant, non omnia tamen nuntia, sed quaedam omnibus exhibentis. Particularem denique in demonibus, qua videlicet quaedam quibusdam iam largiantur. Et demones quidem in totidem distribuunt ordines, quot in caelo sunt stellae, vt alij Saturnij sint, alij Ioniales, alijq; similes. Cunctos autem ordines et in igne collocant, sed ignea ratione, & in aere puro, sed ratione aerea, & in aere crasso, ratione videlicet aqua. Hos aqueos arbitrantur alios alijs speciebus viuentium praesidere, sensualiq; & vegetali vbiq; natura fauere.

Quos Plato inquit, statim ab initio malorum plurimis voluptatem immisuisse. Aereos autem demones rationali potius fauere potentia, eamq; a vegetali sensualiq; natura quodammodo segregate. Igneos tandem discursum rationis ad sublimiora contemplanda conuertere. Atque hoc pacto voluptuose vita demones aqueos, actiue aereos, contemplatiue igneos dominari. Cum vero deos immortales atque impatibiles arbitrentur, homines vero mortales atque patibiles, demones omnes quidem affectu patibiles, superiores vero mediosq; etiam immortales, infimos vero longe uos. Praeterea in omnibus affectus erga corporea collocant: sed in primis secundum quendam tranquillae prouidentiae morem: in secundis humanos quidem, sed moderatos: in tertijs ad perturbationis nostras iam declinantes. Item demones alios naturales ab initio constitutos, alios peregrinos, scilicet hominum animos in aerea translatos corpora, hominesq; ea qua antea consueuerant ratione curantes. Praeterea alios demones plagis terrae maioribus, alios angustiioribus vrbibusq; praesse. Quosdam etiam homines singulos gubernare, quos anima labentes in corpus fuerint pro vita electione sortite, deinceps electae vitae duces & exploratores & iudices. Proinde animas hominum alias Saturniorum demonum, alias Ioniales, alias aliorum tum siderum, tum demonum naturis accommodari. Corporum quoque nostrorum complexiones simili quadam ratione distingui. Animalia item & plantae, metallaq; & lapides ad siderum similiter demonumq; varietatem inter se natura discerni, vt alia inter haec solaria sint, alia vero lunaria, ceteraq; similiter. In his quae diximus, Platonici omnem sacrificiorum, oraculorum, diuinationum vim consistere arbitrantur. Profecto & ipse Plato antiquiores theologos imitatus, & Platonici omnes oraculorum historiam vbiq; tanquam veram accipiunt, rationibusq; confirmant. Mitto quantam his in Phaedro adhibeat fidem, quantam & in Timaeo, in Phaedro quidem humanam sapientiam praeter illa quae ab oculis furoribusq; diuinis habetur nihil pendens: in Timaeo autem dicens catenus a philosopho de rebus diuinis affirmandum esse, quatenus diuinis oraculis confirmetur. Mitto quam plurima apud Platonem similia. certe in Apologia totam Socratis sui defensionem ab oraculis vaticinijsq; auspicatur: imo vero, quod maximum est, totam Socratis & sapientissimi & iustissimi vitam asserit tum ad Apollinis oraculum, tum ad sui cuiusdam demonis vaticinium institutam. Si queras qualis Socratis demon fuerit, respondebitur igneus, quoniam ad contemplationem sublimium erigebat. Item Saturnius, quoniam intentionem mentis quotidie mirum in modum abstrahabat a corpore. Attributus quoque ab initio, non acquisitus. Nam sibi a puero dicit aspirasse. Non prouocabat inquam, quia non Martius, sed sepe ab actionibus reuocabat, quia Saturnius. Item non adhibebat calcarea viro satis per se ad honesta propenso, sed cohibebat freno, vbi in eligendis ad finem vijs ob coniecturatum fallaciam posse decipi videretur. Aspirabat menti, ostenta oculis, voces auribus suggererat. Sed quibus oculis atq; auribus? visui videlicet atque auditui, qui per omne eduntur corpus aetherum sub manifesto hoc corpore latens. Poterat autem Socrates per aethereos sentire sensus, ab elementalibus sensibus se facile se vocans. O stensa cernebat per eosdem sensus & somnians pariter atque uigilans. Similiter Auicenna probat prophetas angelorum & species cernere, & voces audire. At cur Socrates pauciq; similes demonem suum animaduertunt? Quoniam pauci vel genitura, vel disciplina demonici sunt plures humani, plerique ferini. Cur item alias demones, alias Deum vocat? Quia sublimis demon Socratem, quasi Dei interpretis nuncijsq; afflabat. Sed nunquid ipsum Socratis intellectum possumus demonem nuncupare? Possumus certe. Nam Timaeus inquit, Deum nobis supremam animi partem tanquam demonem tribuisse. Rursus in Symposio ipse mentis amor ad diuinam pulchritudinem contemplandum, demon cognominatur. Verum praeter haec necesse est superiorum nobis substantiam demonis praesidere, propterea quod vt in Symposio Legibusq; probatur, humanum genus utpote a diuinis maxime distans, media quadam natura indiget, qualis est demonica, quasi conciliatrice. Neque iniuria diuina prouidentia, ut in Politico Protagoraq; probatur, demones nobis praescit propinquiores quasi pastores, siue vt in Critia dicit, gubernatores. Homo siquidem in hac ignorantiae caligine constitutus, innumerisq; fortunae vel malis agitatus, vel distractus illecebris, ad constitutum sibi a Deo finem absque perpetuo Dei auxilio peruenire non potest. Hinc probat Deum nos demonibus purioribus, quasi rectoribus comendasse, qui vaticinijs, augurijs, somnijs, oraculis, vocibus, sacrificijs, inspirationibus adiuuarent. Horum vero ex numero esse vult familiarem Socratis demonem a mente Socratica differentem. Haec enim Socratem saepe prouocat, ille vero prouocat nunquam. Item haec nisi loquatur, aut scribat, docere non potest. Ille vero, vt in Theaetete probatur, multos etiam silendo docebat. Praeterea quod & voce & sine

gnis Socratem corrigat, significat demonem hunc aliquid esse praeter mentem. At si minus tibi placet & familiarem hominis dicem demonem appellare, saltem, ut placet nostris, bonum angelum appellato. Post haec Apologia nos cogit non nihil de oraculis statuisque tractare. Principio si queras quam ob causam demones solita illa quondam miracula nostris seculis non efficiant: respondebitur, Christum & demones malos suo illo imperio priuauisse, & hominibus tum omnem demonum cultum, tum artem dæmonicam sustulisse. Si rursus interroges, qua ratione vel in statuas, vel in homines demonum trahantur influxus, diligenter attende. Trahitur quotidie aliquid naturale per artem: ceu quoties lignum quod propter densissimam crassitudinem accendi à tenui quadam flamma non poterat, vel oleo illiniunt, vel insciunt sulphure rapiuntque in fomite flammam. Trahitur & quotidie diuinum aliquid per naturam, quando fetus tener in aluo certo affectus figuratusque modo sic per naturam à Deo humanam haurit animam, ut per magicam statua à mundo accipit demonem. Vnde Aegyptij naturam quoque magam appellauerunt, vim ipsum magicam in attractu quodam similitum per similia, vel conuenientium saltem per conuenientia collocantes. Emitis quotidie vocem, emittis & tui vultus imaginem. At non ubique vox in te tua & imago remittitur. Paries dumtaxat ita dispositus, sic oppositus vocem per echo reflectit, & speculari corpus tuam tibi reddit imaginem. Esto igitur specularis & ille paries, subito totus, ut ita dixerim, eris in illo. Ibi enim videberis, audieris, intelligeris, ferme ut in statua demon. Si Trismegistum consulueris, disces ex proprijs mundi materijs certo cuidam demoni congruentibus compositam ritate statuum confestim per demonem congruum animari. uel per demonem, inquit, uel per angelum. intellige, uel per impuriorem, uel per puriorem spiritum afflari solere. Audies quoque Mercurium hunc veteres plerisque damnantem, quod dissidentes, uel esse numina super caelum, uel terrenorum vota ad caelestia superioraque peruenire, fabricauere statuas habitacula demonum, quos quasi familiaris res colerent deos. Putabat sane, quamuis interdum in delubra demonum saluare aduocarentur, sepe tamen descendere noxios. Audisti paucis tractum demonum in corpora statuarum. Audi quoque paucis raptum in corpora hominum. Quando uel per atram bilem uel aliquid simile, aut uitium totus in imaginationem conuertitur animus, facile fit inferiorum demonum domicilium, quorum praesentia & insanit, & animo simul uexetur, & corpore. Quando per philosophicam purgationem transfertur totus in rationem, euadit edes demonum mediorem, a quibus humanarum rerum sepius, quandoque etiam naturalium miras accipiat rationes. Quando per pietatem erigitur totus in mentem, sublimium demonum fit spiraculum, seu potius angelorum, quibus utique ducibus mirum in modum arcana penetret diuinarum. Optas uideo intelligere, quibus potissimum oraculis, siue per statuas, siue per homines editis, Plato confidat. Scito his dumtaxat, quae certa ratione compertum sit non per fallaces demones, sed per ueridicos, siue per angelos potius promississe. Nam & ab ipsis Aegyptiorum mysterijs acceperat. Ionem impuriorem demones ad inferos deturbasse, qui & homines similiter pro uiribus ad ima detorqueant: & a Pherecyde Syro, multos ab Ioue demones rebellasse, quorum exercitus Ophioneus duxerit serpentinus. Ab his ergo maleficis cauendum esse diligentissimè indicabat. Socrates autem proprijs rationibus atque singulis adductus, & oraculo cuidam, & suo cuidam demoni se committebat pro arbitrio perducendum. Denique utique sit, ita suam ad haec instituit uitam, ut aeterna semper temporalibus anteponeret: iniustitiam magis timeret, quam mortem: pro ueritate, pro pietate, pro charitate, non dubitaret labores, penuriam, contumelias, iniurias, uerbera, mortemque subire. Huic apud homines ueritas falsas calumnias peperit, charitas odium, pietas accusationem impiam atque mortem. Sed haec omnia parui, imò nihili pendit, sperans apud diuinum iudicem pro bonis bona mereri. Ergo hac spe & fiducia fretus, & libenter accessit ad iudices, neque excusauit se, sed iudices accusauit: atque tanquam uates, quod euenire ait his, qui sunt prope mortem, penitentiam illis penamque praedixit post falsum iudicium secuturam, & ipse interim mira mentis letitia & uultus alacritate ad iudicem migravit aeternum. Statueram hic satis honestum argumentum, seu potius commentariolum finem imponere. Sed duo parumper me dubia remorantur. Primum Socraticum illud & hic, & saepe alibi repetitum: Hoc equidem unum scio, quod nihil scio. Multa tamen & hic & alibi affirmat quasi sciens. Sed hoc illi simile est: Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Ait itaque Socrates: Ego abstractus à corpore, raptus à demone, illustratus à Deo, scio equidem in diuino lumine hoc unum, uidelicet quod alioquin conueniens corpori nihil in lumine naturali scio. Nescio, inquam, in naturali lumine res ipsas per ipsum affirmationis modum. Eiusmodi enim

scientia, Dei propria est, qui & naturas ipsas, et naturarum causas comprehendit, quum ipsemet fecerit. Scio tamen multa per quendam negationis modum. Veluti quod Deus non sit corpus, potius quam quid sit. Item quod anima non sit mortalis, magis quam quid sit. Rursus quod bonum absolutum non hoc est, aut illud bonum, potius quam quid sit. Atque hoc pacto Socrates & scit, & docet multa. Hoc illud insuper quod demon eum reuocat, non prouocat ad negandum illuminat eum potius quam affirmandum. Nonnunquam uero affirmat quaedam, & illa quidem magna, tanquam uidelicet non à demone tantum raptus, sed Deo iam plenus. Affirmat quoque ubi sanctorum adducit ueterum testimonia, uel animas hominum à mortuis resurgentium citat in testimonium. Sequitur altera dubitatio: quam ob causam Socrates, cum nunquam soleat dubitare, quum animus sit immortalis, in fine tamen Apologiae hac uirtutis disunctione: Aut nullus post mortem superest sensus, aut superest aliquis. Respondeo primo quidem, non de omni sensu, de omni cognitione, sed de nostrarum rerum sensu, uel nostro simili dubitare. Quod quidem significatur, per illa quae in parte disunctionis altera deinde subduntur, ubi idem quod & in Rep. dicit, separatas uidelicet animas eodem pacto sese illuc, quae & hic solebant agnoscere. Vbi considera dictum contra illos qui dicunt animas de corporibus in corpora transmutare. Deinde tutius quoque ita respondeo. Socratem hac in praesentia disunctione non uiri, quia de illo censetur dubitandum, quod ubique tum praesentiam negatiuam, tum per diuinam inspirationem approbationemque constantissime tenet, sed aduersariorum suorum per personas in praesentia respicere, qui cum obesse illi omnino studebant, inferebant ei mortem tanquam proculdubio malam. Socrates ergo contra infert, nullo modo esse malam, siue sic, siue aliter se nostrae res habeant. Vbi illud quod de mortalitate apparet ambiguum, propter illos est aduincium, qui tamquam tyranni Epicureo more deridere Socratem potuissent, quasi facile posset decipi, si ex eo solo affirmauisset mortem non esse malam, quod post hanc uitam alia si persint bona. Quae quidem aeterna bona, & si constabant Socrati, illis tamen nullo modo constabant, neque in angustiis illa temporis breuitate poterant demonstrari, quae in Phaedone et saepe alibi demonstrantur. Tu uero nota certam Socratis nostri fiduciam, amicis prope finem Apologiae dicentis: Bene de morte sperare debetis. Nihil enim mali bono uiro uel uiuenti, uel defuncto potest accidere. Enim hominis quodammodo Deo similis à Deo non negliguntur. Quod autem extrema ad iudices uoce clamauit, Ego quidem hinc ab eo moriturus, uos uero uicturi: utri uero nostrum in melius eant, soli Deo est certum. intellige non dubitare illum, quod paulo ante affirmabat, sed dicere sibi Deo certum esse per seipsum affirmationisque rationem, posse tamen hoc certum fieri per ipsum Deum negationisque rationem. Adde quod affirmari non audeat se tam purgato tunc animo emigrare, ut praesentem migrationem affirmet omnino animum suum statim caelesti patri reddiduram.



VA VOS ratione, o Viri Athenienses, affecerint accusatores mei, nescio equidem: me certe sic affecturunt, ut mei ipsius penè oblitus fuerim, tanta persuasione dicere uisunt: quamuis nihil, ut ita loquar, ueri ad uos detulerunt. Sed ex multis quae falso asseuerabant, id sum potissimum admiratus, quod uobis cauendum esse monuerunt, ne à me quasi eloquente deciperemini. Quod enim asserere id minime erubuerint, cuius ego mox redargutionem opere ipso facturus eram, quandoquidem in praesentia uobis appareo longè ab eloquentia alienus, hoc, inquam, mihi super omnia uisum est impudentissimum, nisi forte eloquentem isti uocant uera dicentem. Si enim ita dicant, profiterer equidem me, quamuis non eorum more, rhetorem esse. Quippe cum hi, ut equidem dico, ueri nihil dixerint, à me uero uos uera omnia audituri sitis. Neque uero per Ionem, o Viri Athenienses, fucatam à me orationem, quemadmodum ab istis, uerborum nominumque elegantia, neque aliter exornatam, sed ex improviso ut coacernatam audietis. Confido enim me iusta dicturum, neque quicquam uestrum speret me aliter esse dicturum, alioquin neque atatem hanc, o Viri, deceret, adolescentulorum more uer

re verbis studiose formatis huc ad vos ingredi. Quinimo vehementer, o viri Athenienses, id oro, & obsecro, ut si iisdem me verbis in respondendo ventem audietis, quibus & in foro apud argentariorum mensas, ubi plerique vestrum me nonnunquam audierunt, & alibi, uti soleo, ne admiremini, neue grauius id feratis. sic enim res se habet. Venio equidem nunc primum in iudicium, plures quam septuaginta annos natus. ex quo fit ut in hac iudiciali causa reuera sum peregrinus. Et profecto quem admodum si peregrinus Athenas venissem, ignosceretis utique mihi peregrina voce & forma loquenti, pro educationis meae consuetudine: ita & in praesentia vos precor, neque id quidem iniuria, ut loquendi formam minimè attendatis, quae prout contingit, tum melior, tum deterior esse potest, sed id ipsum consideretis, huc mentè adhibeatis, iustane, an iniusta dicam. Hoc enim iudicis officium est, rhetoris aut officium, vera loqui. Iustum est aut, o viri Athenienses, me primo quidem ad accusationem primam falso confictam, & ad primos accusatores respondere: deinde ad nouissimam atque nouissimos. Me quidem multi iam multis annis falso apud vos accusarunt, quos equidem magis formido, quam Anyti ad stipulatores, quanquam & hi sunt in persuadendo potentes. Sed illi potentiores, o viri, qui plerisque vestrum à pueritia occuparunt, accusantes me procul à veritate, atque vobis persuadentes: esse videlicet Socratem quendam sapientem, eorum quae super aërem, quaeque sub terra fiunt, perscrutatorem, qui soleat causam deteriore, differendo meliorem efficere. hi profecto, o viri Athenienses, qui huc de me rumore diuulgauerunt, mei accusatores potèntissimi sunt. Qui enim haec audiunt, opinantur harum rerum persecutores non credere deos esse. Profecto accusatores huiusmodi & permulti sunt, & longo iam tempore me accusant, & in ea atate vobis suaserunt, in qua plerique vestrum pueri aut certe adulescentuli per facile credidistis, deserta in causa, nemine me defendente. Atque id quod à defensionis ratione omnium alienissimum est, neque nomina quidem illorum scire licet, atque proferre, propter quam si quis illorum comcedus sit. Quotcumque verò per inuidiam & calumniam haec vobis rursus persuaserunt, quibus ipsi persuasi persuaserunt alijs, hi omnes infiniti omnino sunt, nec eorum quenquam in iudicium traducere, nec redarguere licet, sed necesse est aduersus istos tanquam in nocte pugnare defendendo, atque refellendo nemine respondente. Exestimate ergo & vos, quemadmodum dicebam, accusatores meos duplices extitisse, & qui nuper accusarunt, & qui iandiu, quales modo describebam. Atque iudicate me quid oportere prius respondere illis, quos & ipsi prius, multoque magis audiistis. Sed iam respondendum mihi est, o viri Athenienses, illis criminibus, conandumque in hoc tamen brevi tempore opinionem istam eximere, quam vos per calumnias decepti, longo iam tempore contra me concepistis. Opto autem ita demum aduersarios refellere, atque obtinere, si modo id vobis & mihi melius sit futurum. Quanquam difficile id fore arbitror. Neque admodum quale id sit, me latet. Verum, ut Deo placet, ita succedat. Nos autem legi parere oportet, ac defensionem pro nobis afferre. Repetamus igitur ab initio quae sit accusatio, ex qua aduersus me nata est illa calumnia, quae confisus Melitus mihi diem dixit. Quid ergo aiunt accusatores

mei? tanquam enim si in iudicio adessent, eorum recitetur accusatio, in qua contra me iurant, quae & vicissim à me exigit iuramentum. Socrates iniuste agit, atque nimium curiose perquirat quae sub terra & quae in caelo sunt, inferioremque causam reddit superiorem. Praeterea alios eadem docet. Talis utique est accusatio. Nempè talia quadam & vos vidistis in Aristophanis comedia: Socrates enim illic persona circumfertur, affirmans se per aërem peruagari: & complures eiusmodi nugae. Quarum ego rerum neque multum, neque parum quicquam scio. Neque haec dico, quasi harum rerum scientiam parui faciam, si quis in huiusmodi rebus sit sapiens, quo minus tanti criminis rem à Melito accuser: sed quia reuera, o viri Athenienses, horum nihil scio. Testes autem huius plerisque vestrum adduco. Oro vos docere & exponere inuicem velitis, quot me colloquentem aliquando audiuistis. audiuistis autem plerisque vestrum. Recensete igitur inuicem, nunquis vestrum aliquando ijs de rebus quicquam, siue multum, siue parum audiuerit, disputante: atque ex hoc denique cognoscetis eiusmodi esse cetera, quae multi de me circumferunt. At enim horum nihil est verum. Quinetiam à quopiam audiueritis me homines docere, atque inde pecunias cumulare. neque id quidem verum est. Atqui praclarum id mihi videtur, si quis docere homines possit, quemadmodum Gorgias Leontinus, & Prodicus Chius, & Hippasus Eleus. Quorum unusquisque eam facultatem habet, per quam ad singulas profecti ciuitates, adolescentibus quibus liceret in patria suorum se ciuium disciplina gratuito commendare, persuadent ut se aliorum disciplina relicta sectentur, ac data pecunia, gratiam insuper habeant. Est & alius quidam vir hic sapiens Parus, cuius ego ad nos aduentu sum admodum delectatus. contigit enim ut in eum aliquando virum incidere, qui plus pecuniarum in Sophistas expendit quam ceteri omnes, Calliam, inquam, Hippionici filium. Huc ergo ita interrogavi. Duos enim habet filios. O Callia, inquam, si filij tui pulli equini aut taurini essent, haberemus aliquem quem illis mercede adhibita praeficeremus, qui eos pulchros & in suo utrunque genere excellentem efficeret. esset verò talis aut equestrius aliquis, aut agriculturalum. Nunc verò cum filij tui sint homines, quemnam cogitas illis praeficere? Et qui nam huius humanae ciuilitatis virtutis scientiam habet? Arbitror id te cum filios habeas, cogitauisse. Est ne, inquam, talis aliquis, an non? Est profecto, inquit, ille. Quis inquam est? & unde? & quanta mercede docet? Euenus, inquit, est, o Socrates, Parus, merces verò quingularum minae. Atque ego Euenum felicem iudicavi, si reuera hanc habet artem, atque adeo diligenter docet. Nam & ipse quoque si talia scirem, admodum gloriarer, & magni me facerem. Sed certe, o viri Athenienses, haec equidem nescio. Requirat igitur forsitan aliquis, qui dicit, o Socrates, tuum est opus? Et unde aduersus te exorta sunt haec calumniae? nisi enim aliquid praeter aliorum consuetudinem ageres, nunquam tantus de te rumor concitatus esset. Nam unde de te sermo tam frequens, nisi egisses aliquid à ceteris alienum? Dic ergo nobis quid tandem id sit, ne nos de te temere aliquid iudicemus. Iusta sane haec mihi videtur interrogatio: atque ego vobis conabor ostendere quidnam id sit, quod mihi & nomen hoc, & calumniam pepererit. Sed audite iam, & si vereor ne forte quibusdam vestrum

strum iocari videar. Veruntamen existimate me vobis vera oīno dicturum. Equidem, o viri Athenienses, nō ob aliud certē quā ob sapientiam quandam eiusmodi nomen nactus sum. Sed ob quam sapientiam? Fortē ob eā qua humana sapientia est. Nam hac reuera sapiens esse videor. illi vero quos paulo antē cōmemorabam, maiorem fortē quandam humana sapientiam habēt. Vel quid dicam, non habeo: neq. n. ego ea prāditus sum. Quod si quis me hanc possidere dicat, mentitur, & in meam calumniam hac dicit. Sed ne vobis molestum sit, o viri Athenienses, si quid vobis magnum dicere videar, neq. enim ex me dūtaxat dicam, sed testem vobis afferam fide dignum. Profectō si qua mihi est sapientia, qualis ea sit, testē adhibebo vobis Delphicum deum Charephontē certē nouistis. Ille familiaris mihi erat ab inuentute, & Atheniensi populo amicus, ac vna vobiscum fugit, & simul in urbem reuersus. Nouistis planē qualis erat Charepho, quā vehemens quamcūq. ad rem se conuertisset. Hic ergo quādoq. profectus in Delphos vaticinium id experiri ausus est. Ne grauitē feratis, o viri, quod in presentia sum dicturus. Interrogauit utiq. an esset vltus me sapientior. Respondit Pythia, sapientiorē esse neminē. De his quidem ipsis hic frater vobis testificabitur: nam ipse Charephon vita functus est. Consideratē verō quorū gratia hac dicā. Debeo n. vobis aperire vnde hac aduersum me calūnia sit exorta. Profectō cū hac audissem, ita mecū ipse reputaui. Quidnam Deus ait? aut quid hoc sibi voluit? Ego n. mihi conscius sum, neq. in magnis, neq. in paruis esse me sapientē. Quid igitur sibi vult, cum me asserit sapientissimum? Deū quidem mentiri non est credendum. neq. n. id fas est Deo. Atq. ita diu ambiguus scrutabar quid oraculū innuisset. Ac vix tandē post longas ambages viam eiusmodi inueni. Aggressus n. quēdā ex his qui sapientes vidētur, sperans, si vsquā, in hoc vaticinium coargui posse, oraculoq. ostendi, non me quidem quem p̄fecerat, sed illū esse sapientia p̄ferendum. Dū ergo illum examinarē: huius verō nomen promere non est necessarium, erat autē quidā ex his qui in rep. versantur: illū, inquā, dum examinarem, vnaq. differere, o viri Athenienses, hunc in modū affectus sum: visus mihi est vir ille videri quidē sapiens tū alijs, tum vel maximē sibip̄si, esse vero nequaquā deinde conatus sum illi ostendere, putare quidem eū esse se sapientē, sed minimē esse. Quapropter & ille infensus mihi redditus est, & multi qui aderāt, grauitē id tulerunt. Itaq. ad meip̄m reuersus, ita mecum ipse reputaui, Ego profectō sum hoc hoīe sapientior. Apparet n. neuter nostrum pulchrū bonumq. aliquid nosse. Sed hoc interest, quod hic quidē cū sciat nihil, scire putat aliquid: ego vero quēadmodum nescio, ita nescire me puto. Videor ergo in hac tantula re hoc hoīe sapientior esse, quod qua ignoro, neq. scire me arbitror. Post hac aliū audiuī, ex his qui illo insuper sapientiores habentur, in eoq. considerando oīno similiter iudicaui, atq. illum aliosq. multos mihi reddidi infensos. Proinde similiter deinceps processi ad alios, non ignorans quantum aduersus me odium concitāre, ideoq. non absq. dolore quodam timoreq. procedebam. Veruntamen necessarium mihi visum est oraculū diuinum omnibus anteferre, p̄simq. progredi perscrutaturum quid sibi velit oraculum, huiusq. gratia omnes

quotcūq. aliquid scire videntur, adire. Et per Canē, o viri Athenienses, oportet n. vobis vera fateri, tale aliquid mihi contigit hac ex diuino oraculo perquirenti, ut qui opinione hoīum maximē probabantur, eos quasi oīum imprudentissimos inuenirem: qui verō inferiores habebantur, eos quantum ad prudētiam spectat, probabilius se habere. Operaprecium est referre vobis errores laboresq. meos, quos equidem propterea sustinui, dum à me oraculum adeo probaretur, ut redargui iam deinde nō posset. Post ciuiles hoīes ad pōetas me contuli, tragediarum et ditthramborum aliorumq. carminum autores, quasi hic perspicue admodū dephensurus, esse me his rudiorē. Acceptis itaq. eorū libris, in quibus elaborauisse maximē videbantur, sciscitatus sum eorū sensa, ut nonnihil ab ipsis perdiscere. Erubesco, o viri, verū hic vobis aperire, dicendum est tamen. Alij penē oēs presentes, ut ita dixerim, melius de rebus his loquerentur, de quibus ipsi pōemata conscripserunt. Deprehendi igitur breui id in pōētis, eos videlicet non sapientia facere qua faciunt, sed natura quadam ex diuina animi concitatione, quemadmodum & hi qui diuino furore afflati vaticinantur. Nam & hi multa quidem dicunt atq. praelara: sed eorum qua dicunt, nihil intelligunt. Tali quodam pacto pōeta affecti fuisse mihi videntur, & simul animaduerti eos in alijs quoq. propter pōesim omnium se sapientissimos iudicare, in quibus non sunt sapientes. Abj ergo, & hinc eadem oīno snā qua & à ciuilibus viris abieram. Tandem verō me ad artifices contuli, ut potē bene mihi conscius quā nihil istis, ut ita dicam, scire. hi autē noueram multa & pulchra scire, neq. in hoc equiū deceptus sum. Sciebāt n. qua ipse nesciebam, & hac in parte me sapientiores erant. Sed, o viri Athenienses, in eodem errore quo & pōetas, peritos artifices deprehendi. Nam ob hoc ipsum quod sua ritē perficiebant, vnusquisq. eorum se in ceteris quoq. vel maximis sapientissimum esse putabat. Atqui hic error illam quoq. qua ipsis inerat, sapientiam offuscabat. Quamobrem si meip̄m oraculi loco interrogarem, vtrum eligam, itāne me habere ut habeo, videlicet neq. scientem qua illi sciunt, neq. meam inscitiam ignorantem, an vtraz. habentem qua illi habent, planē mihi ipsi simul atq. oraculo responderem, praelare ita ut habeo me habere. Ob hanc vitz. inquisitionem meam, o viri Athenienses, inimicitia multa & difficilima, atq. grauissima aduersus me coorta sunt, ex quibus multa sunt calūniae consecutae. Nomen verō sapientis mihi propterea exortum est, quod presentes plurimum illa me putant scire, in quibus alios refello. Videtur autē, o viri Athenienses, reuera solus deus sapiens esse, atque in hoc oraculo id sibi velle, humanam videlicet sapientia parui, imō nihili pendendam esse. Quod verō Socratem nominat sapientem, ob id facere, quo nomine meo tantquam exemplo quodam vtens, quasi sic dicat: Is, o viri, sapientissimus est. qui quemadmodum Socrates, nouit reuera sapientiam suā esse nihili pendendam. Hac igitur ego sic affectus, & nunc perquirere p̄sim deo obsecutus, & perscrutari non desino, conueniens quēcūq. aut ciuium, aut peregrinorū esse existimo sapientem. Ac si quādo mihi ille talis non videatur, tunc ipse deo suffragatus, illum sapientē non esse demonstro. Atq. ob occupationes eiusmodi nullū mihi fermē relinquitur otium vel

ad publicum aliquid agendum, vel priuatū, sed in extrema paupertate ob Dei cultum sum constitutus. Præterea adolescentes maximè opulenti, quiue à negocijs vacant, me vitrò sequentes delectantur, cum refelli à nobis hoñes spectant. Quinetiam ipsi nonnunquam me imitati, alios deinde confutare cõtendunt. Quæ quidem in re plurimam reperiunt turbam hoñum aliquid se scire putantium, cum aut nihil sciant, aut perparum, qui verò ab his conuincuntur, non tam illis quam mihi redduntur infensi, clamantq; esse Socratem quendam scelestissimū, inuenturūq; corruptorem. At si quis ab eis sciscitetur, quidnam vel agendo, vel docendo corrupat, nihil quidē assignare possunt, imò prorsus ignorant. Sed ne deesse illis materia videatur, ad ista confugiunt quæ cõmuni voce facile philosophantibus obijci solent, eos scilicet neque sublimia super terrā, neq; profunda sub terra, neq; Deos esse putare, rationemq; inferiorem quasi superiorem ostendere. Vera .n. ut puto, fateri nolunt, se scilicet indignatos, propter eā quod conuicti fuerint, simulare se illa scire q̄ nesciunt. Vitpote igitur ambitiosi & vehemētes, & multi, ac velut ex cõposito, atq; obnixæ diligentisq; persuasionis studio me criminantes, vestras aures impleuerunt, & iandiu, & nuper calumnijs in me sedulo conflictis. Ex his aut Melitus, & Anytus, & Lycon contra me surrexerunt: Melitus quidem ob pœtas mihi infestus, Anytus verò ob artifices atq; reip. gubernatores, Lycon deniq; gratia rhetorum. Quamobrem quemadmodum ab initio dicebam, admirarer equidem, si opinione istam tantis conceptam calūnijs, tam inueteratam, nūc in tam breui tēpore amouere à vobis possem. Hæc equidē, o viri Athenienses, vera vobis loquor, neq; celo, neque subtrahō aut magnum quicquā, aut parū, quamuis ferme norim in his dicendis me eisdem fore molestum. Quod quidem argumentū vobis est, me vera loqui, atq; hanc esse calumniam contra me exortā, eiusq; causas eiusmodi esse. Et siue in presentia, siue in posterū hæc inquireris, ita esse inuenieris. Ad illa igitur q̄ primi accusatores derulerunt, hæc mihi sufficiens apud vos sit defensio. Ad Melitum verò bonū, & ut ipse ait, patriæ amatorem, reliquosq; accasatores deinceps respondere pergā. Ac rursum tanquam alij quidā accusatores sint, accusationē iuramento calūniæ vitanda gratiæ præstito susceptā in me diu adducamus. Habet verò in hunc ferme modum Socrates iniuste agit, inuenturū deprauans, ac Deos quos ciuitas putat, ipse non putans, sed alia quādā noua dæmonia. Accusatio quidem est eiusmodi. huius aut accusationis vnamquāq; partem discutiamus. Iuuenes deprauare me obijcit, atq; in hoc iniuriam facere: ego verò, o viri Athenienses, contra iniuriari Melitum dico, propter eā quod serio ludit, tam facile hoñes in iudicium trahens, simulansq; serijs se rebus incumbere, earumq; rerū habere curam, quæ ipsi nunquam curæ fuerunt. Hoc autem ita esse conabor & vobis ostendere. Heus Melite, responde mihi, nunquid ipse maximè cures, ut quā optimi adolescentes enadāt. Curo equidem. Age ergo his nunc dicas, qui snam iuuenes meliores efficiat. Cõstat .n. scire te, cū tibi id curæ sit. Me certe corruptorem eorum, ut ais, iamprehendisti, accusasti his, in iudiciū traxisti. ergo age, & eum qui efficit meliores dic his, & quisnam sit, ostēde. quidnam, o Melite, scies? Vidēsne

nihil te habere quod dicas? Atqui nonne turpè id tibi videtur esse, ac sufficiens argumentum eius quod ipse dico, te hæc nūquam curasse? Verum dic iam bone vir. Quis nam eos efficit bonos? Leges. At verò non istud interrogo, o vir optime, sed quis homo qui & primum ipsum norit, leges scilicet quibus illi meliores fiant. Hi, o Socrates, iudices. Quid verò, o Melite, ais? istine erudire iuuenes possunt, bonosq; reddere? Et maximè quidem. Vtrū oēs? An alij quidem possunt, alij verò nequaquā? Omnes. Bene per Iunonem loqueris, & magnam eorū qui prosunt iuuenibus copiam. Verū quidnam hi qui audiunt? Faciuntne & ipsi meliores, an non? Ipsi quoq;. Quid verò senatores? Et senatores. Sed .n. o Melite, ca uendum est ne concionatores forte adolescentes corrupant. An verò & hi oēs similiter faciunt meliores? Hi quoque. Omnes igitur, ut viderur, Athenienses honestos bonosq; reddunt præter vnum me. Ego .n. corrupto solus. Itane ais? Ita certe, & quidem vehementer. Magna tu quidem me dānas infelicitate. Proinde mihi responde, an & de equis idem putes, oēs scilicet homines equos bonos efficere, vnum verò duntaxat esse qui eos corrupat. An oīno contrā vnum esse, vel certè per paucos equit ad imperitos reddere meliores equos: quāplurimos autē esse, qui si inter equos versentur, illiq; utantur, deprauant? Nōnesta se res habet, o Melite, & de equis, & de ceteris oībus animantibus? Penitus ita, siue tu & Anytus nō confiteamini, siue confiteamini. Etenim permagnam iuuenes nacti essent felicitatem, si vnum duntaxat eos posset pervertere, ceteri verò omnes prodescent. Ceterum, o Melite, satis demonstrat te nullam inuenturū curam habuisse vquam, ac plane declaras incuriam tuam, teq; nunquam meditatū fuisse ea de quibus me accusas. Præterea obsecro te per Ioue, o Melite, responde nobis, vtrum melius versari possumus inter bonos ciues, an inter malos. Responde amabo. Nihil .n. difficile te rogo, nōne mali semper mali aliquid agunt his quibus cõuersantur? boni aut bonum? Proculdubio. Est ne vllus qui detrimentum suscipere potius quā emolumentū velit ab his quibus familiariter vitur? Responde, o bone vir. Lex enim respondere te iubet. estne quisquam qui dānum pati velit? Nullus. Age ergo, tu me huc in iudiciū vocas quasi inuenturū deprauatorē. an dicis me id volentē facere, vel nolentē? Equidem volentē dico. Nunquid tu, o Melite, longè minor natu vsque ad eō me gradiori sapientior es, ut planè cognoscas tu quidem malos obesse familiaribus, bonos verò prodesse? Ego aut in tantā insantiam prolapsus sim, ut neq; id cognoscam, si quæ ex familiaribus peiores reddidero, periclitaturū me ne quid ab eo mali perpetiar, atq; hoc tantum mihi ipsi malum, ut ais, volens inferam? Hæc equidem tibi, o Melite, non credo. Arbitror quoq; neminem tibi alium concessurum. Sed aut non deprauo adolescentes, vel si deprauo, inuitus facio. Quapropter tu in vtroq; mentiris. At si inuitus corrompo, non huc in iudicium inuoluntaria delicta lex trahi iubet, sed priuatim doceri atq; castigari. Cõstat enim si didicero, non amplius me id facturum, quod per ignorantiam faciebam. Tu aut familiariter me emendare nolisti, sed in iudiciū rapis: quod eos trahi lex iubet, qui pœna indigent potius quā disciplina. Itā verò ex his manifestū est, o viri Athenienses, quod modò dicebam,

dicebam, nullam huic Melito aut magnam, aut parvā erudiendā iuventutis curam fuisse. Nunc age, dic quā rōne me asseras, ò Melite, pervertere iuventutē. An videlicet quēadmodum in accusatione scripsisti, quia doceā non putare Deos quos civitas putat, sed alia quādam nova demonia? An non in his docendis affirmas iuvenes me corrumpere? Omnino quidem ac vehementer hac assero.

Per Deos ipsos, ò Melite, de quibus nunc nobis est sermo, apertius & mihi & his enarra. Nam ego quidem nondum planē intelligo, utrum dicas docere me iuvenes ut putent aliquos quidem Deos esse, quod si ita est, ego Deos esse puto, neq; oīno sum absq; Deo, neq; in hoc iniuste ago, quamvis non eos quos habet civitas, sed alios esse doceam. Utrum, inquam, hoc est in quo me criminaris, quòd videlicet Deos alios introducam? An me aī oīno negare Deos, rursusq; ut negent alios quoq; docere? Assero equidem te oīno negare Deos. O admirabilis Melite, cūnam ista dicis? Neq; solem igitur, neq; lunam esse Deos credo ut hōes alij. Per Iovem ita ò indices. Nam solem quidem lapidem esse dicit, lunam verò terram. Anaxagoram tu quidem, ò amicē Melite, accusandum censes, atq; ita hos parvi facis, existimans eos literarum ignaros esse, quasi nesciant libros Anaxagora Clazomenij eiusmodi opinionibus esse plenos. Iuvenes aī hac à me discere, quā liceret interdum et si multa sint, unius drachma precio emere, ex orchestra? Socrate mque deridere, si sua esse fingeret, presertim quum iam absurda sint? Sed per Deum, ò Melite, putasne reuera nullū me Deum existimare? Nullum per Iovem. Incredible est, ò Melite, quod dicis: & quidē ut mihi videtur, et tibi ipsi. Mihi n. ò viri Athenienses, nimis contumeliosus ac petulans iste vir, ipsamq; accusationem contumelia quadam & petulantia & iuuenili temeritate proculdubio conscripsisse apparet. Videtur n. ceu enigma quoddam componere, tentans an Socrates sapiens deprehendat ipsum quasi ludentem, sibiq; ipsi contraria proponentem, vel Socrates unā cū auditoribus ipsis decipiatur. Hic nanque repugnare sibi in ipsis accusationis verbis mihi videtur, ceu si dixerit, Contra leges agit Socrates Deos non putans, sed Deos putans. Quā quidē iocantis nugā esse videntur. Animadvertite, ò viri, quo pacto Melitus mihi videtur hac dicere. Tu responde nobis, ò Melite. Sed vos quod ab initio oravi, ne agere feratis si pro more meo verba facio. Est ne quisquam, ò Melite, qui humana quidē esse putet, hōes verò nequaquam? Respondeat mihi, ò viri, neq; modo in his, modo in illis perturbet. Estne aliquis qui equos non putet esse, sed equestris? Vel tibicines quidem non esse, sed tibicinū officia? Non est quisquam, ò virorum optime. Ego n. pro te & tibi & his alijs respondeo, si quidem ipse non vis respondere. Sed ad hoc saltem quod magis ad rem pertinet, responde. An est quisquam qui demonum quidem opera opinetur esse, demones autem minime? Nullus. Quā tardē & vix respondi ab his coactus? Nonne igitur demonum opera confiteris me. & putare & docere siue noua, siue antiqua sint? omnino enim ut confiteris demonia ego assero, atque hac quidem in responsione iurabo. Quod si demonia puto, necessarium est omnino putare me demones quoq; esse. an non ita se res habet? Ita certē. Pono enim te consententem, quandoquidem respondere non

vis. Demones autem, nonne aut Deos arbitramur esse, aut Deorum filios? Faterisne hoc, an negas? Prorsus, Nonne si demones esse arbitror, ut ipse concedis, demonesq; Dij quidam sunt, id evenit quod modo dicebam? anigma proponere, & quasi nugari dicendo me Deos non existimantem, Deos tamen rursus existimare, quandoquidem demones esse duco? Rursus si demones Deorum filij sint, spurij videlicet quidam, aut ex nymphis, aut ex alijs quibusdā, ut fertur, qui snam hōium filios quidem Deorum esse putet, Deos verò neget? Perinde n. id absurdum foret, ac si quis equorum quidem filios vel asinorum mulos esse putet, equos autem & asinos esse non putet. Sed, ò Melite, videris proculdubio accusationem istam idcirco ita instituisse, vel ut ingenij nostri periculū faceres, vel quia in quo reuera me criminareris, nihil haberes. Tu verò quānam rōne persuaderes alicui vel minimū quidem mentis habenti, non esse eiusdē viri demonia simul & divina putare, ac rursus eiusdē neq; demones, neq; Deos, neq; heroes? Nulla certa rōne fieri posse aliter ostendi potest. Ceterū, ò viri Athenienses, quod quidē ego non deliquerim, quemadmodū Melitus accusat, haud magna mihi purgatione opus esse videtur, sed ea quae dicta sunt, sufficere iudico. Quod autē ab initio dixi, malevolentiam plurimā esse contra me apud plurimos concitatam, id profectō verissimū est, & hoc me perimet, si quidē perimam, non Melitus, neq; Anytus, sed multorū calumnia & invidia. Quā quidē alios quoq; multos viros bonos peremit hactenus, & ut arbitror, perimet, nihil n. graue vel mirum, si in me obesse non desinat. Forsitā verò ita me quispiam interrogabit. Nonne te perdet Socrates, tale quiddā exercere, ex quo continuo in periculum venias moriendi? Equidē huic obiectioni iustam hanc responsonem dabo. Haud rectē, ò vir, loqueris, si putas magnam aut vitā aut mortis habēdam esse rōnem homini cuius vel parua quādam utilitas sit: ac non illud potius duntaxat considerandum, quoties aliquid agit, virū iusta agit, an iniusta, aut boni viri opera siue mala. Alioquin ex hac rōne tua spernendi fuissent semidei quocumq; apud Troiam occubuerunt, & alij, & in primis ipse Ithetidis filius: qui usque adeo mortis contempsit periculum, ne turpē subiret infamiam, ut cum sibi Dea mater properanti ad Hectorem occidendū praeiisset, his ferme ut arbitror, verbis: O fili, si pro vindicta Patrocli amici tui ab Hectore interfecisti, Hectorem interfeceris, ipse peribis. inquit enim, Subito post Hectore infelix tibi fors imminet. Cū inquam ab ea hac accepisset, usque adeo discrimen mortemq; contempsit, ut multo magis timuerit turpē vitā amicorū multis iniurijs quam mortē: statimq; responderit, mori se malle pro iusta amici vindicta, quā moras trahentē apud naues ridiculū contēptumq; vivere. Hunc ergo periculi mortisq; curam habuisse, qui snam dixerit? & profectō ita res se habet, ò viri Athenienses. Quo quisq; in loco vel seipsum constituit, arbitratus id optimū esse, vel à superiore iubetur consistere, in eo, ut mihi videtur, permanere oportet, periculumq; subire, neq; mortē, neq; aliud quicquam magis quam turpitudinē formidantem. Equidem ò viri Athenienses, grauiterr aberrare, si cū illis paruerim profectis, quos ipsi mihi praeposuerunt & in Potidaea, & in Amphipoli, & in Delio: tūc n. ubi illi me consistere iusserūt, ibi

ibi constiti ut quisquam alter, mortisq; discrimen subiui: Vbi Deus me posuit, permanereq; Voluit, ut opinatus sum atq; existimaui, videlicet philosophantem me vivere, ac meipsum aliosq; scrutari, ibi ob mortis alteriusve rei metum ordinem desererem. Pergrauè, inquam, id esset delictum, & tunc reuera me iuste quis in iudicium traheret, quasi Deos non putantè, videlicet oraculo non parentem, atq; mortem timentem, putantemq; me sapientem esse, quum sapiens minimè sim. Nam mortem timere, o Viri, nihil est aliud quam sapientem videri eum qui non sit sapiens. Quippe cum id sit scire videri q; nesciat. Nemo .n. scit Vtrum mors summum bonorum oium contingat homini. metuunt aut perinde ac si eam scirent maximum esse malorum. Cui verò dubium esse debet, quin hæc ipsa incertitudo sit maximè vituperanda, per quam aliquis se putat scire quæ nescit? Ego aut o Viri, in hoc forsitan à multis hoibus differo: ac si qua in re sapientior me aliquo esse dicerem, in hac vtiq; dicerem, quod cum haud sufficienter quæ sunt apud inferos norim, similiter me non nosse cognosco. Iniurias aut inferre, superioriq; non obedire vel Deo vel homini, malū turpeq; esse scio. Hæc igitur quæ nescio, Vtrum bona sint, nunquam magis timebo, atq; fugiam, quam illa q; mala esse cognosco. Quæ obrem si me nunc absoluat non credentes Anyto, qui dixit aut me in iudicium ab initio Vocandum non esse, aut Vocatum necessario esse damnandum. Nā si à vobis absolueret, fore ut filij vestri Socratis secuti vestigia, oēs omnino corrumperentur. si inquam, ad hæc vos ita dicatis: o Socrates, Anyto non credimus, teq; sententijs nostris absolvimus, hac tamen conditione, ut nunquā posthac in hac inquisitione philosophiaq; verseris: ac si id facere deprehendere, mortē obeas. Si igitur, ut dicebam, his conditionibus dimittere me velitis, respondebo vtiq; vobis: o Viri Athenienses, diligo vos equidè atq; amo, Deo tamen parere malo quam vobis. Et quādiu spirabo, viresq; suppetent, philosophari non desinam, exhortans & docens quæcumq; nactus fuero, sicut soleo hunc in modum. Quid tu o Vir optime, cū cuius sis Atheniensis, cuius atq; amplissima ac sapientia & potentia pstantissima, non erubescis in eo oem operam ponere, quo tibi pecuniarū & gloria & honoris quàm plurimum sit? Ut aut prudentia & veritas, & optimus animi habitus in te sit, neq; cogitas, neq; curas? Ac si quis vestrum mecum contenderit, id se curare asseuerans, haud statim dimittā illam, neq; recedam, sed sciscitabor, examinabo, redarguam. Quod si mihi non videatur possidere, virtutē at tamen profiteri, obiurgabo quod ea q; plurimi precij sunt, nihili pendat, vilissima verò plurimi faciat. Hoc equidem officium præstabo iuniori & seniori quemcumq; nactus fuero, rursusq; peregrino & civi, magis aut civibus, quāto mihi genere propinquiores estis. Hoc .n. Deus ipse iubet. Reor aut quod & vos latere non debet, nullum adhuc bonū vobis in hac Vrbe maius cōtigisse quàm hoc meum ministerium, quod Deo parens exhibeo. Nihil enim aliud agens circumco, quàm suades iunioribus, senioribusq; vestrum, neq; corporum, neq; pecuniarum, neq; aliarum omnino rerum curam prius vehementiusq; quam animi habendam esse, ut quàm optimus sit, docēs non ex pecunijs virtutē, sed ex virtute pecunias, aliaq; bona omnia & priuatim & publice hominibus proueni-

re. Si igitur hæc docens peruerto iuuenēs, essent certè perniciofa. At si quis dicat me alia quàm hæc docere, nihil dicit. Horum gratia, o Viri Athenienses, profiteor equidem siue credatis Anyto, siue non credatis, siue dimiseritis me, siue non dimiseritis, profiteor me nihil aliud esse facturum, nec si mihi sic plures moriendū. Ne conturbemini o Viri Athenienses. Sed quemadmodū ab initio rogavi, me equo aīo audiat: erit .n. vobis, ut arbitror, vtile, si quæ nunc dicturus sum, audietis. Equidè vobis nonnulla dicturus sum, quæ audientes forsitan ad clamorem in presentia prouocemini, ego verò siletium à vobis exopto. Scitote si me occideritis talem qualē vobis modo dicebam, non me lesuros esse vos magis quàm vos ipsos. Me quidè neq; Melitus, neq; Anytus inquam lædet. Neq; .n. possit. Siquidem nefas est, ut arbitror, meliorē virum à deteriore lædi. Interficere tamen potest vel pellere, vel contumelia quadam afficere. atq; hæc iste quidam & alius aliquis ingentia putet esse mala: ego verò non puto, sed multo peius esse illa facere quæ nunc iste facit, aggrediens iniuste virum occidere. Quamobrem, o Viri Athenienses, non tam mihi nunc opus est defensionē pro me ipso meditari, ut aliquis existimaret, quàm vobis ne quid me condēnantes cōtra idmūnus quod Deus vobis tribuit, delinquat. Si .n. me interfeceritis, haud aliū talem reperietis, vere quidem, & si fortè id dictum ridiculum est, ciuitati vestræ à Deo adhibitū, velut equo cui dam magno & generoso, sed ipsa mole pigriori, atque à tabano aliquo excitari indigēt: qualē videtur me Deus ciuitati addidisse, qui singulos exuscitans & monēs & obiurgans, non cesso diem totam vbiq; vobis assistere. Tale verò alterum non facile nanciscemini o Viri Athenienses. Ergo si mihi credideritis, me vestris sententijs absoluetis. At verò si fortè dormitantū more grauiter ferentes vos exuscitari, me, ut vult Anytus, temere occideritis, reliquum oēs tps dormietis, nisi forsitan Deus vobis prospiciens alium quendā miserit. Me verò esse talē, ut à Deo ciuitati tributus fuisse videar, hinc potestis animaduertere. Nō humanū certè id esse videtur, quod ego meā quidem oīa omnino neglexerim, atq; in hac rei familiaris negligentia tot annos iam perseuerē, vestro semper intentus bono, dum singulos adeo rāquam pater, aut frater natus maior, suadens curā virtutis habere. Quod siquam pro officio meo mercedē recipere, humanam quādam id rōnem haberet. Nunc verò quod & nos planè uideatis, accusatores isti mei quanquā impudentissimè alia contra me oīa coaceruarunt, hoc vnum tamen solita illa impudentia nequaquam ausi sunt pertentare, testesq; adhibere qui probet me vnuquam pro his mercedē vllam exegisse aut petisse. Huius autem rei sufficientē vobis, ut arbitror, testem affero, paupertatē meā. Sed forsitan absurdum alicui videri potest, me priuatim hæc cōsulere singulis anxie nimis circumuectem, publice verò in concionibus ausum non fuisse hoc idem ciuitati cōsulere. Huius aut causa est de qua sæpe me passim dicentem audiistis, diuinū videlicet quiddam atq; demonicum in voce quadam mihi adesse. Quod quidè Melitus in accusatione derisit. sed mihi quidè ab ipsa pueritia hoc adest, vox scilicet qdam, q; quoties sit, me prohibet agere quod acturus erā, prouocat verò nunquā. hoc inquam est quod mihi repugnet, quo minus me ad publica conferā. & rectè admodum

admodum mihi aduersari videtur. Constat .n. ò Viri Athenienses, si quondam negocia publica aggressus fuisset, iandiu mihi fuisse pereundum: itaq. nullam vel vobis, vel mihi attulisset utilitatē. Ne mihi succenseatis, oro, vera dicenti. Nemo .n. diu saluus esse potest, si aut vestro, aut alteri cuiquam populo legitime aduersetur, quo multa iniusta atq. iniqua qua fieri solent in ciuitate, prohibeat. Sed necesse est eū qui reuera pro iustitia pugnat, si modo breui saluus futurus sit, priuatim de gere, neq. remp. attingere. Horum equidem magna vobis offera argumenta, non verba quide, sed, quod vos multi facitis, facta. Audite iam q̄ mihi contigerint, vt plinius perspiciatis, nulli me quicquā contra iustitiā ob mortis metu concessurum fuisse, atq. non concedentem, simul fuisse periturum. Referā vobis equidem molestia q̄dam atq. iudicialia, vera tamen. Ego .n. ò Viri Athenienses, nullo adhuc publico functus sum munere, nisi quod ad consilium sum electus. Contigit autem tribum meam Antiocheam eo tempore praestare quo vos decem illos exercitus duces, quia nauali pugna interemptos non sustulissent, damnare simul omnes properastis, iniuste quide, vt cunctis postea vobis notum fuit. Tunc ego solus ex oibus praefectus me vobis opposui, nequid ageretis praeter leges, meisq. suffragijs restiti. Quo in tempore cū oratores multi parati essent deferre meum nomen, atq. in iudicium trahere, vosq. ipsi ingenti idem clamore iuberetis, existi maui oportere me magis pro lege atq. iustitia subire periculum, quam vobiscū sentire, non sentientibus iusta ob metum carceris aut mortis. Et haec quide facta sunt ciuitate adhuc sub libertate populi constituta: Postquā verò ad paucorū potentiam deuentum est, rursus triginta illi qui rempub. occuparunt, vocātes me vnā cū alijs quatuor in Tholum, iusserunt Leontam Salaminium ex Salamine adducere quo ille necaretur, qualia videlicet multa illi, & alijs multis eo tempore mandabant, vt cōplures criminibus suis inuoluerent. Tunc ego non verbis quidem, sed re ipsa rursus ostendi, nihil oīno, quamuis dictu rusticus videatur, curare mortem: illud verò oīno curare, nequid iniustum neue impium facere. Me verò potestas illa terribilis nequaquam ita conterruit, vt iniuste aliquid facerē. Sed vbi Tholo egressi sumus, reliqui quattuor in Salaminam aduentantes, captum Leontam duxerunt, ego verò domum abiui: ac forsā propterea me illi interfecissent, nisi breui eorum potestas dissoluta fuisset. Atq. horū testes vobis erunt permulti. An ergo putatis tot annos me viuere potuisse, si publica tractauissem, boniq. viri officio fungens, iustitia suffragatus essem, atq. vt oportet, vnum id officium oibus praetulissem? Permultum abest, ò Viri Athenienses. neq. .n. alius quisquam hoīum, ita se gerens, diu saluus esse potuisset. At ego per omnem vitam sicubi publica tractaui negocia, talem me praestiti, & priuatim idem ipse ne mihi vnquam praeter id quod iustum est, concedens, vel alijs, vel horum alicui quos ij qui me criminantur, meos affirmant esse discipulos. Ego aut nullius vnquam praceptor fui. Sed si quis dicentem me ac tractantem audire desiderauit, siue iunior, siue senior, nulli vnquam id negaui. Neq. vero is ego sum, qui pecunijs acceptis disputem, non acceptis vero laceā, sed pariter diuiti atq. pauperi interrogandum me praebco, ac etiam si quis responde-

do audire velit qua dico. Et si quis horum probus fiat vel non, haud iuste crimen subirem: quippe cum nulli vnquam doctrinam vel tradiderim vllam vel promiserim. Quod si quis dixerit priuatim à me quicquam vel didicisse, vel audisse, quod nec alijs omnibus comune fecerim, non verum dicit. Sed quam ob causam quidā mea consuetudine oblectentur, ò Viri Athenienses, audite. Omnino verum est quod vobis supra dicebam, delectari hoīes cum redargutioni eorum adsunt, qui se, cum non sint, existimant sapientes. Est .n. res non inuicunda: mihi verò, vt dixi, à Deo iniuncta & per vaticinia, & per somnia, & per oēm modum, per quem aliqua alia fors diuina hoī quicquam mandarit agendum. Haec, ò Viri Athenienses, & vera sunt, & facile arguenda. Enimvero si ego iuuenū alios quide nunc corrumpo, alior verò iandiu corrupti, consentaneū esset vt nunc illorum aliqui seniores facti, quoniam intelligerent me sibi adolescentibus male consuluisse, contra me insurgerent, ac penas deposcerent. At si ipsi nollent, saltē necessarios illorū aliquos, patres & fratres, & alios cognatos, siquid mali à me eorum necessarij passi fuissent, commemorare nūc, & penas exigere. Sed adsunt hic quos cerno illorum permulti. Primum quidem Crito iste aequalis meus atq. contribulis Critobuli huius pater. Deinde Lysanias Sphertius, Aeschini huius pater. Praeterea Antipho Cephiseus pater Epigenis. Adsunt & alij, quorū fratres familiariter me vbi sunt, Nicostratus Zotidi filius, Theodoti frater. Et Theodotus quide defunctus est, vt fratrem praeritū possit. Et Paralus hic filius Demodoci, cuius Theages pater erat. Adimantus quoq. filius Aristonis, cuius frater est iste Plato. Deniq. Acantodorus, cuius Apollodorus hic est frater. Alios permultos referre possum, quorum vnu aliquem praesertim in eius oratione oportuit à Melito teste produci. At verò si tūc oblitus est, nunc saltē producat, ego permitta. afferat, in qua, si quid tale habet, in mediū. Sed contra oīno se res habet, ò Viri Athenienses. Omnes .n. vt videtis, conuenerunt libenter ad open mihi ferendam, qui corrupisse eorū necessarios detrimtumq. attulisse, à Melito Anytoq. accusor. Quod si ipsi qui deprauati sunt, mihi optularentur, nihil mirū esset: at propinqui eorum seniores à me nunquā deprauati, quātandem rōne mihi suffragantur, nisi recta quadam & iusta? quippe cum & Melitū mēiri, & me vera loqui cognoscant. Qua igitur pro defensione mea, ò Viri Athenienses, habeo, ferme hac sunt, & alia forte similia. Sed forsā vestrū aliquis ad se moresq. solitos se recipies, grauer ferat, quod cum leuioribus et in causis reus multis cum lacrymis soleat deprecari, atq. supplicare, ac filios in iudicium producere, vt cōmiserationem commoneant, & alios domesticorum amicorumq. permultos: ego nihil horum faciam, quamuis in extremo, vt videtur, discrimine constitutus. His ergo offensus aliquis contra me pertinacius irriteretur, atq. ipsa in ira sententiam cōtra me ferat. Si quis ergo inter vos eius mentis est, ego tamen nõ censeo obsecrandum, sed hac ratione potius aequē me hunc allocuturū. Sunt & mihi, ò Vir optime, cognati quidā. Neq. .n. vt inquit Homerus, ex quercu vel petra, sed ex hominibus natus sum. Itaq. & cognatos habeo, ò Viri Athenienses, & filios tres, quorū vnus iam adoleuit, duo autem sunt parvuli. Nullum tamen eorū huc adducam,

eam, supplicaturus eo pacto à vobis absolui. Curnam igitur nihil horum faciam? Non pertinacia vlla, neque contemptu viri Athenienses: Vtrum verò audacter me habeam erga mortem, an non, alia ratio est. Ad existimationem tamen & mei & vestri & civitatis totius non arbitror pertinere, ut hac faciam hac etate, & hoc nomine quod nactus sum, siue id verum sit, siue falsum. Attamen iam opinione hominum persuasum est. Socratem, inter multos precipuo quodam excellere. Si ergo hi qui inter nos sapientia, vel fortitudine, vel quavis alia virtute praeferre existimantur, tales erunt, quales sepe quosdam cum de illis iudicaretur vidi, turpe nimium erit: Qui cum esse alicuius precij existimarentur, attamen in iudicio mirum in modum commiserationi studebant, quasi graue aliquid passuri, si ex hac vita decesserint, perinde ac immortales essent futuri, si vos illos non occidatis. Atqui hi mihi videntur civitati dedecus afferre, propterea quod existimare peregrinorum aliquis potest, eos qui inter Athenienses virtute praestant, in magistratibus ceterisque honoribus superiores habentur, nihil à mulieribus differre. Haec autem, o viri Athenienses, nec vos qui alicuius auctoritatis esse videri mihi, facere decet, neque et si nos facere velimus, permittere: sed hoc ipsum ostendere, vos eum multo magis damnaturos esse, qui commiserationes eiusmodi introducens, ridiculam reddiderit civitatem, quam illum qui quietus iudicium expectauerit. Proinde, o viri Athenienses, accedit ad ea quae de civitatis existimatione dicta sunt, quod nec iustum mihi videtur esse iudicem precari, neque precando absolui, sed docere atque suadere. Non enim hoc sedet iudex, ut per gratiam concedat, sed ut iudicet secundum leges. Atque id iureiurando promissis, non per gratiam cuiusquam liberit condonare, sed iudicare secundum leges. Non igitur licet vel nobis assuescere vos deierare, vel vobis assuescere. Neutri enim nostrum religionem seruet. Nolite ergo, o viri Athenienses, exigere talia me apud vos agere, quae neque honesta, neque iusta, neque sancta esse puto: et id quidem omnino non, praesertim verò per Iouem, cum impietatis erga deum à Melito hoc accuser. Profecto si pergerem persuadere vobis, precandisque flectere cum iuraueritis, docere vtrique vos non putare deos esse, ac reuera deum pro me defensione parvo, me ipsum interim accusarem quasi deos nequaquam existimantem. Sed multum abest ut ita se res habeat, existimo namque esse deos, o viri Athenienses, magis quam quisquam meorum accusatorum, ac vobis deo permittito de me iudicare, ut & mihi & vobis sit conducturum. Quod verò non grauius ferat, o viri Athenienses, me à vobis esse damnatum, & alia multa faciunt, & illud in primis, quod non propter spem id accidit, verum multo magis admiror vtrorūque numerum calculorum. Siquidem non putabam tam paucos calculorum numero ab absolute abesse. Nunc autem, ut videtur, si tres solum calculi aliter cecidissent, euadebat. Melitum certe nunc euasisse uideor, neque euasisse solum, sed vnicuique constat, nisi surrexissent Anytus & Lyco me accusantes, mille drachmas illi fuisse pensurum, quoniam partem quintam calculorum non accepisset. Capitis igitur vir iste reum me facit, esto. sed ego, o viri Athenienses, cuius me reum existimem? An non videlicet eo quo dignus sum? Quid ergo? Quisnam dignum est pati me aut perdere, ob id quod quae didici, non siluerim, sed neglexerim quaecumque multi faciunt vulgus,

questum, rem familiarem, praefecturas, conciones, ceterosque magistratus: praeterea ut auerim coniurationes atque seditiones quae in republica contigerunt, arbitratus me ipsum reuera ad equiora officia esse natum, quam ut ab his salutem meam pendere existimarem? Ad haec, inquam, me non contuli, quibus occupatus, neque vobis, neque mihi ipsi profuturus eram. sed vni huic officio duntaxat incubui, ut priuatim vnicuique vestrum salutans, maximam, ut equidem existimo, afferrem utilitatem, suadens videlicet vnicuique nihil ex rebus suis prius quam seipsum esse curandum, ut quam optimus prudentissimusque euadat: nec res civitatis curandas esse prius quam civitatem ipsam, & aliarum item rerum curam eadem ratione esse habendam. Quid igitur cum sim talis, à vobis reportare dignus sum? Bonum certe, o viri Athenienses, si modo pro dignitate reuera existimetis, ac tale quidem bonum, quale mihi conueniat. Quid igitur conuenit viro egeno beneficoque, cui uacare à ceteris occupationibus expediat, quo vos ad virtutem cohortari queat? Nullum certe est aliud premium, o viri Athenienses, quod magis virum talem deceat, quam in Prytaneo publico sumptu nutriri, & multo quidem magis quam si quis vestrum equo aut bigis, aut quadrigis Olympia vicerit. Nam ille quidem fecit, ut felices videamini, ego verò ut sitis. Praeterea ille nutritione non indiget, ego indigeo. Itaque si pro dignitate ac iustitia aestimari oportet, ego me hoc dignum existimo, alimonia scilicet publice in Prytaneo mihi exhibenda. Fortè verò haec vobis dicēs, ita protervus videor, ut in superioribus visus sum, vbi commiserationes, supplicationesque detestabar. id autem haud tale est, sed eiusmodi potius, o viri Athenienses. Persuasum est enim mihi, ut nemini sponte iniuriam faciam. quod quidem idcirco vobis non persuadeo, quia breue tempus habuimus colloquendi. Verum si lex talis apud vos esset qualis apud ceteros, ut vbi mors poena sit, in eo iudicio non diem vnam, sed plures disceptetur, vobis, ut arbitror, persuasissimem. Nunc verò haud facile fuit in tam brevi tempore calumnias magnas diluere. Cum igitur mihi persuasum sit, nemini faciendam esse iniuriam, permultum abest ut mihi ipsi facturus. Quid ergo? nunquid veritus ne id subeā quo Melitus me dignum censet, quod equidem aio nescire me vtrum bonum sit, an malum, ut hoc demum, eligam eorum aliquid quae planè mala esse scio, atque hoc me dignum esse censebo? Vtrum ergo vincula? Ecquid oportet me in carcere vitam agere, semper vnde me iuris seruientem, vtrum pecunias solvere, atque donec soluta sint, in vinculis permanere? At uero id tantum est atque quod supra dicebam, cum mihi desit unde pecunias persoluam. An fortè exiliū. Fortè enim hoc dignum esse censebo: nimia tamē, o viri Athenienses, me cupiditas vita teneret, si adeo imprudens essem, ut si vos civis mei consuetudinem meam sermonesque perferre non potuissem, sed usque adeo grauis inuidiosaque vobis fuit mea consuetudo atque oratio, ut mandiberare vos ab illa iam decreueritis, alios tamen facile me putem toleraturos. Permultum abest, o viri Athenienses. Praeclara scilicet mihi vita foret in hac etate exulanti, et alia ex alia civitate permuranti, et in continua repulsa viuenti. Equidem ut planè intelligo, quocumque profisciscar, audituri me sicut et hic sequentur adolescentes: ac si eos repellam, ipsi vicissim senioribus id persuadentes me repellent. Si non repellam, eorum patres & cognati ob hos ipsos me expellent. Forsitan

Verò dicit aliquis: nōne potes, ò Socrates, in exilio stentium & quietem agere? At hoc omnium est difficilimū aliquibus vestrum persuadere. Sive n. respondero, id esse non parere deo, propterea q̄ me non posse quiescere, non crederis mihi quasi per ironiam loquenti: sive dixerō me ab hoc officio nolle vacare, quia id homini maximum cōtinuit bonum, diebus videlicet singulis de virtute verba facere, atq; de alijs de quibus me quotidie loquentem vos auditis, atq; ita me ipsum aliosq; scrutari, vitamq; inconsideratam respiciendam esse censere, hac etiam multo minus mihi creditis. Hac verò, ò viri Athenienses, ita ut dico, se habent, sed haud facile persuaderi possunt. Et simul nunquam malo dignari me consuevi. Quod si mihi forent pecunia, iudicium pecunijs liceret quantumcumq; solvere possem, neq; obesset mihi illas amittere. Nunc vero non adsunt, nisi forte quantum valeo solvere, tātū asti mari velitis. Possum verò fermē argenti minam. Tātū ergo iudicium liceor. Plato autē hic, ò viri Athenienses, & Criso, & Critobulus, & Apollodorus iubent me triginta minis liceri. Ipsi verò tantū vobis promittere parati sunt. liceor ergo tanti. Promissores verò argenti huius hi vobis erunt sufficientes. Non multi temporis gratia, ò viri Athenienses, criminandi materiam praeiustis vobis civitate vituperare, quia scilicet Socratem occideritis, virum sapientem. Dicent. n. illi, licet non sim, me sapientem, qui vos vituperare volent. Si ergo brevis tēpus expectavissetis, absq; vestra opera me contingebat mori. Videte atq; meam quā procul iā sit à vita, morti verò propinqua. Neq; verò hac adversus vos oēs dico, sed adversus eos tantum qui me morte damnarunt. Dico etiam hac ad hos ipsos. Forsan putatis me viri Athenienses, in iudicio concidisse taliū verborum inopia, quibus vix persuasisset vobis, si aī a faciēda dicēdaq; putavisset, quibus a vobis absolueret. Longè verò se res aliter habet: Cerē ob paupertatem damnatus sum, non verborū quidem, sed audacia atq; imprudentia, & quia talia apud vos dicere nolui, qualia vobis auditu gratissima contigissent, audientibus videlicet me desilentem atq; lamentatē, & alia faciente multa atq; dicentem, ut dixi, me indigna, qualia frequenter ab alijs audire consuevisse. Sed neq; ab initio censui decere ob periculum dēiū adum illiberale ali quid facere, neq; nunc me pœnitet hac defensionis ratione usum fuisse. Atalo equidem tali quadam defensione fretus, mortem obire, quā contraria superuivere. Neq; n. in iudicio, neq; in bello vel mihi vel alteri, oīa quibus vitemus mortem, sunt faciēda. Nam in prae alijs saepe constat interitum vitari, si quis abiectis armis supplex ad insequentes se conuertat. Alia quoq; in singulis periculis machinamenta sunt, quibus interitum quis effugiat, si que non pudeat facere qualibet atq; dicere. Sed considera re, ò viri Athenienses, haud id quidē difficile esse, mortē effugere, sed multo difficilius prauitate. Velocius n. illa currit quā mors. Atqui ego nunc vitopote ob senectutē tardior à tardiori captus sum, accusatores autē mei vitopote vehementes atq; veloces ab ea quā velocior est prauitate. Et nunc quidē ego abeo damnatus à vobis, mortem subiturus: isti verò à veritate ipsa damnati, prauitati iniustitiaq; obnoxij. Atq; ego quidem pœna acquiesco, et isti. Hac igitur forte sic oportebat se habere, arbitrorq; ea habere se mediocriter. Post hac autem vobis qui me con-

demnastis, cupio diuinare. Nam illuc mihi iam peruentum est, vbi solent homines diuinare, quando videlicet sunt propē morte. Prædico. n. equidem vobis, ò viri Athenienses, si me interfeceritis, supplicium vobis statim post mortem meā esse venturū, ac per Iouem multo durius eo quo me affeceritis. Nunc. n. id egistis, putantes liberare vos, quo minus rationem vitæ vestræ redarguenti cuiquā reddere compellamini. Id verò contrā omnino vobis accidit. Nam plures futuros arbitror, qui vos redarguant, quos ego compecebam, et si vos id nō sentiebatis: tantoq; illi infestiores erunt, quanto & iuniores, ideoq; vos grauius id feretis. Profecto si putatis per interfectionem hominum à vituperatione vos absolvere, nimium aberratis. Non. n. est hac liberatio vel valida satis, vel honesta. Sed illa tā facilis quā optima est, non disturbare quidem alios, sed seipsum comparare ut quā optimus euadat. Hac ergo vobis qui me condemnastis, vaticinatus, finem facio. Vobis autem qui me absolvistis, libere de huiusmodi re quæ contingit, verba facerem, quādiu magistratus negotio distinetur, necdū eo vado vbi me oportet mori. Sed, ò viri, assistite mihi id tēpus. Nihil enim prohibet, inuicē dū licet cōfabulari. Nempe vobis tāquam amicis demonstrare volo quod mihi modo accidit, quidnam mēti significet. Mihi quidē, ò iudices, vos. n. iudices rectē appellare possum, mirabile quiddam contigit. Vox enim illa dæmonis vaticinatrix, mihi semper in superiore tempore frequenter omnino offerre se consuevit, & in rebus quidem leuissimis se opponens, si quid minus recto facturū fuisset. Nunc autē ea mihi quæ videtur, acciderunt, quæ profecto putaret aliquis atq; existimaret extrema esse malorum. Sed mihi neque domo exēitū, ne dei signum aduersatum est, neq; dum in iudicium veniebam, neq; in aliqua sermonis parte dum verba faciebam, quamuis alias frequenter dum loquerer in mediū sermonis cursu consueverit cohibere. Nunc autē in hac nusquam vel agentis, vel loquentis est aduersatū. Quam verò huius rei causam esse putō, vobis aperiam. Apparet. n. mihi quod contingit bonum esse. Nec rectē illum do iudicatur à nobis, quicunq; mortem opinamur esse malam. Cuius quidem rei magna apud me hac est coniectura, quod signum mihi ut consuevit, repugnauisset, nisi bonū quid acturus fuisset. Cogitare autē hoc pacto possumus: spem multam esse id esse bonum. Duorum. n. alteri mors est. Nam aut tanquam nihil omnino sit, sensum nullum ullius rei retinet is qui decessit è vita: aut quemadmodum dicitur, permutatio quaedam & transmigratio anima ab hoc in alium locū. Sive ergo nullus remanet sensus, sed tanquam somnus quidam est, in quo quis somnium cernit nullum, admirabile lucrum erit in morte. Reor equidem, si quem oporteat ad eam noctem quā tanta transigit quiete, ut ne in somnium quidem illum videret, alias noctes diesq; vita totius conferre, atq; dicere quot ipse noctes atq; dies in vita melius dulciusq; peregerit: reor, inquā, nedū priuatū aliquem, sed nec magnū quidem regē, aliquas numerare posse. Si ergo tale quiddam est mos, lucrū esse quidem dico. Etenim nihil plus hoc pacto totum tempus quā nox una esse videtur. Sicut autem mors est tanquam transmigratio quaedam hinc in alium locum, ac vera sunt quæ dicuntur, videlicet in alio seorsum à nobis loco omnes defunctos esse, quid

Immortali-
tas aiorum

quidnam melius quam hoc esse potest, o iudices? Siquis enim illuc profectus liber ab ijs qui se proficentur iudices esse, veros repererit iudices qui iudicare illic perhibentur, Atinoem, Rhadamanthum, Aeacum, Triptoleum, aliosque quotcumque semidei iuste vixerunt, nunquid eiusmodi transmigrationis parui pendenda censetur? Rursus Orpheum Musaeumque convenire, et Hesiodum, et Homerum, quam multo aliquis nostrum redimeret? equidem si haec vera sunt, sapius mori velim. Quippe cum mihi in primis mirifice grata sit futura habitatio illa atque consuetudo, quandoquidem una cum Palamede futurus sum, et Aiace Telamonis filio, et alijs antiquorum quicumque falso danati iudicio decesserunt et vita: apud quos meos casus cum illorum casibus conferre vtrinq; ut arbitror, non iniucundum foret. Illud praeterea maximu, illic degere scrutante singulos atque examinante quemadmodum hic feci, qui sciam illorum sapiens sit, et quis cum non sit, se tamen existimet sapientem esse. Proinde quanti faciendum, o iudices, perscrutari ducem qui tantum ad Troiam duxit exercitum? Vel Ulysses, vel Sisyphum aliosque quam plurimos quos referre quis potest virosque et mulieres, quibus cum loqui atque examinando versari, inestimabilis prorsus felicitas esset? Siquidem huius causa qui illic degunt haud amplius moriuntur, suntque illi nobis et in rebus alijs beatiore, et in eo insuper, quod reliquum iam tempus permanet immortalis, si quidem vera sunt quae dicuntur. Vos quoque, o iudices, bene de morte sperare debetis, idque unum cogitare verum esse, viro videlicet bono nihil mali accidere posse, neque viventi, neque defuncto, neque res illius a dijs negligi. Neque vero mea nunc casu aliquo acciderunt, sed mihi id constat, mori iam et a laboribus liberari, mihi melius extitisse. atque hanc ob causam diuinum illud signum mihi non obstitit. Equidem haud admodum his indignor qui accusarunt me vel condemnarunt, quavis non hac mente accusauerint me atque danauerint, sed quia detrimentum mihi inferre sperabant. Ob hoc vtrique illis est succensendum. Sed iam ad eosdem illos reuersus, sic eos alloquor. Tantum tamen vos precor, o viros, ut meos quoque filios cum adoleuerint, si ipsi similiter atque ego vobis molesti sint, paenis similiter afficiatis, praesertim si videatur vobis vel pecuniarum, vel alterius cuiusquam rei maiore quam virtutis cura habere: atque si videri velint putentue se alicuius esse praesentis, cum nullius sint, illos obiurgatis, quemadmodum ego vos, quod non illis incubant quibus est incubendum, ac existimet cum nullius praesentis sint, se aliquid esse. Quod si haec feceritis, iusta a vobis passus fuero ego et filij. Sed iam hora est hinc abire, me quidem ut moriar, vos autem ut vitam agatis. Vtri vero nostrum in melius eant, oibus praeterquam deo est incertum.

CRITO, VEL, DE EO QVOD AGENDVM.

M A S I L I I F I C I N I ARGVMENT.



QUEMADMODVM Apologiae, ita Crito quoque tam ordinata, tam plana dispositio est, ut argumento non egeat. Aduerte tamen in primis Socratem, sicut in Apologia videlicet ratiocinatus est, sic in Critone dormientem ratiocinari, ut cognoscas sapientem proque viro doctum et vigilanti et dormienti semper adesse. Ex omnibus autem collige eum quod dicitur doctrinae confirmationem. Ap

probationem martyrum. Exemplar iustitiae. Incomparabilem fortitudinem. Contemptum mortalium. Desiderium aeternorum. Religionis denique fundamentum. Quid memorare, vulgi opinionem contemnedam esse, sapientis dumtaxat sententiam, imo veritatem ipsam esse colendam? Quid rursus, non vivere quidem, sed bene vivere exoptandum? Item inimicis malefaciendum esse nunquam, neque iniurias vilescedum? Rursus et periculum mortis interitumque subcundum potius quam peccandum? Quid referam, obseruantiam legum singularem? et inestimabilem patriae charitatem? Quam et parentibus et viis procul dubio anteponit, ob hanc, ut ipse inquit, rationem, quo in alteram profectus vita, valeat aeterno iudici equam antea et vitae reddere rationem, neque leges quae illic imperant humanarum legum sorores expauescere compellatur. Concludit denique rationes iustitiae fauentis mentis suae auribus usque adeo insonare, ut alia audire non possit, frustra que conaturum, quicumque pergit dissuadere. Adit ea solum via esse peragendum, qua deus, id est, ratio diuinitus infusa, perducit.

SOCRATES, CRITO.



VR hac hora venisti, o Crito? An non valde adhuc est ante lucem? CR. Valde quidem. SOC. Quando vero maxime? CR. Profunda aurora. SOC. Admiror quemadmodum ipse custos carceris tibi obtemperare voluerit. CR. Familiaris iam mihi est, o Socrates, ob crebrum huc aduentum meum. Praeterea beneficij a me non nihil accipit. SOC. Venisti in modo? an iam est dudum? CR. Satis dudum. SOC. Proinde cur non statim me excitasti, sed silentio affedisti? CR. Nunquam per Ionem, o Socrates, excitassem. Neque enim ipse velle in tanto dolore euigilare. Sed te iandudum admiror, sentiens quam suauiter dormias. Et consulto non excitauit te, ut quam placidissime degeres. Equidem et per omnem vitam ob huiusmodi motum beatum te iudicavi, maxime vero in praesenti calamitate, quod ea tam facile ac placide feras. SOC. Per absurdum esset, o Crito, si quis tam grandis natu imminente morte moleste ferat. CR. Sed et alij, o Socrates, atque senes similibus calamitatibus opprimuntur, quos tamen atas ab afflictione quam fors praesens affert secum, non liberat. SOC. Ita est. Sed cur non adeo mane venisti? CR. Nuncium, o Socrates, ferens acerbum: non tibi quidem, ut mihi apparet, sed mihi potius et familiaribus tuis omnibus et acerbum et graue. Quod equidem inter grauissima, ut arbitror, numerauerim. SOC. Quidnam hoc? Nunquid nauis ex Delo iam redijt? qua reducta mihi est moriendum. CR. Non dum redijt quidem, sed reditura videtur hodie, quemadmodum nunciatus nonnulli est Sunio venientes, qui ibi eam reliquerunt. Constat ergo ex his nuncijs, hodie esse venturam, ideoque necessarium fore te eras, o Socrates, et vitam decedere. SOC. Bona, o Crito, fortuna. Si ita dijs placet, ita esto. non tamen existimo illam hodie redituram. CR. Unde nam id coniectas? SOC. Dicam equidem, si quidem postridie quam nauis redierit, mihi est obiectum. CR. Sic vtrique autem hi, penes quos rei huius potestas est. SOC. Itaque non hac die venturam puto, sed altera. Coniecturam vero ex somnio quodam accipio, quod paulo ante hac ipsa nocte mihi visum est, opportuneque videris somnium mihi non perturbasse. CR. Sed quale id somnium erat? SOC. Videbatur mihi mulier quadam adueniens pulchra et aspectu grata, vestes habes candidas, vocare me, atque dicere, O Socrates, tertia hinc die Phthiam peruenies latiglebarum. CR. Quam mirum id in somnium, Socrates. SOC. Manifestum tamen, ut mihi videtur. CR. Manifestum certe. Sed, o beate Socrates, et nunc crede mihi, ac saluus esse velis. Mihi enim scire obieris, non unum tantum calamitas imminet: sed pra-